Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8217
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Præterea cum hdts in ueteri Calendario 21. Martij ꝑ ipso die æquinoctij uerni (quod tamen nr̄a ætate motu & umbra ☉ obseruatis diligenter in 11. diem Martij incidit) annotatus sit, secuta est illa perpetua Paschatis incerta imò erronea annotatio & obseruatio. Nam cum sacrū Pascha, secundum canonem Nicenum celebrari deberet Dn̄ica ꝓxia post plenilunium, quod fit post æquinoctium uernum; Calendarium at uetus constituat hoc uernum æquinoctium in ipso die 21. Martij, quod tn̄ nr̄o tpe deprehendimꝰ 11. Martij ut taceam de 11. horis supra notatis antecedere, atq ex eo errore cœptatum sit plenilunia q̊q̄ obseruari. pascha nr̄um sæpe 2. ut 3. septimanis tardius ꝑagimus, accedente q̊q̄ Lunæ motu, q̄ a tempore Niceni concilij motꝰ suos ꝑ 5. ferè dies q̊q̄ anteuertit. Cui errori nisi obuiam eatur Pascha tandem in Maium & ultra prorogabitur. sicuti hoc anno uidebimus, Pascha ꝑm antiquum errorem Calendarij 19 Aprilis ꝑagi: Sic & natalem Dn̄i 10. diebꝰ tardius post solstitium hyemale celebrabunt illi, quib. magis adlubescit inueteratum errorem sequi, quam cum Eccl̄ia ueritatis agnitionem ampledi.

3